

# Codice Diplomatico Longobardo I, 80

+ In Dei nomine. regnante domni nostri Liutprand et Helprand regibus, anno regni eorum trigensimo primo et hoctauo, in mense noctubrio, [per inductione] undecima; feliciter. Cunstat me Mauro Transpadanus, auitator in ciuitatem Pistoriense, genero Filicissimi de Piscia, hac die uendedisset et uendedi tibi Crispinuli negudianti parte mea de terra et uineam quem auire uisum sum in Piscia, parte qui mihi etuinet per donationem da Sturnulo; qui est posita ad latum de terra tua ipsius Crispine, et uineas est posita similiter ad latum de uineas tua ipsius ad Sorbulo; quod est parte mea de prato, hoc est quarta parte in integro, similiter et de uinea, qui mihi cungent, quarta parte de integra sorte mea tibi sepe nominati Crispini do et trado; et uno [serbo] nomine Dulculo; tibi omnia trado. et haccipi ego qui supra Mauro ad te Crispine pro suprascriptas uineas et terra et serbus pretium placitum in definito et liuerato capitulo auri soledos bonos expendiuile numero triginta et quinque tantum; modo uiro posteaquam ipsum pretium suscepit, ut ab hodierna die de meo qui supra Mauri exiuet dominio, et in tua Crispini trado esse potestatem possedendum, iudicandum, quidquid ex ea terra et uinea et serbus faceret et iudicare uolueris, in tua Crispini uel de posterus tuo sit potestatem donandi, faciendi quod uollueris. e spundeo ego Mauro unam cum meus heridis tibi Crispine uel ad tuos heridis, si quandoque tempore contra hanc cartula uenditionis me ire temptare presumserimus, et in alico molestari presumserimus, et defensari non potuerimus da qualuet homini e per qualuet argumenti ingenii q ui tibi ipsa res intentum ficeret, cunpuna ego Mauro unam cum meus heridis tibi Crispine uel ad tuos heridis, de quod superius legitor, in dupla, bona condicionem in melioratam terra et uineam et serbus unde hic agitor, sum stimationem quales tunc fueret; et hanc mea uenditio in suo permaneat rouore. Et pro cunfermatiōne Teutpert uirum deuotum scriuere rogaui. Actum Luca, die, regnum, inductione et mense suprascripta; feliciter. Signum + manus Mauri uiri honesti uendituri et cunserbatari. [Signum] + manus Pettii uiri deuoti filio Authelmi testis. [Signum] + manus Tachipert uiri deuoti germano Amolongo testis. [Signum +] manus Bonichis uiri deuoti caldorario da porta Sancto Donati testis. Et pos tradita ego Teutpert cunpliui et dedi. + Ego Altipert uir deuotus in anc cartula suscripsi.